


Nomina.

bi pīsciculi non modō concōctū facillimi; sed & ori suauissimi, atq; gratissimi, pr̄esertim cūm ouis turgent: hēc enim in his & pinguis, & copiosa sunt, gustui uero suauissima. Quo fit, ut soleritissimi pīscatores horum fētūras obseruantes, non minus expīscāndis ouis operam nauent, quām pīscibus ip̄sīs. Καβ̄ιος Grēcīs, Latinis similiiter Gobius appellatur: Arabib⁹s, Kamen: Ital⁹s, Gobio: Germanus, Goeb: Hispanis, Cadozes: Gallis, Gouiones.

Gūnos. THVNNVS.

C.A.P. XXX.

C O N D I T A N E I thunni caro, quam omotarichon uocant, sumpta ijs auxiliatur, quos uipera nomine prester momorderit: sed oportet vinum quām plurimū subinde cogantur haurire, ita vt uomitione reddatur. Contra acrimonias esitatorum maximē ualeat: canum morsibus utilissimē illinitur.

Thunni con-
sideratio.

T H U N N I pīces inter cetaceorum genera recensentur. Ii multitudine sua omnibus litoribus sunt noti, pr̄esertimq; Tyrrheni accolis magis, quām ijs, qui Adriatici litora inhabitant. In Euripli maxima eorum est captura. Irrumpunt maio mense, ac tunio in mare nostrum mediterraneum per Herculis columnas ab Atlantico oceano, co- gentibus xiphijs, hoc est, spathis pīscibus, qui ense à rostris prominente instrūcti, eos toto mari persequuntur: sunt enim xiphiæ immanes belue. Nam (ut Plinius inquit libro x x x i l. cap. 11. mucronato rostro tam natiūdē naues per fodunt, ut in oceano mergantur, pr̄esertim ad Mauritanie locum, qui Cotta uocatur, non procul à Lixo flumine. Thunni igitur cūm pīscium simplicissimi, timidiissimiq; sint, non aliter in fugam à xiphijs gregatim aguntur, quam o- uium greges à lupis. Quām ob causam uel inanibus terriculamentis acti, facile uadis, atque litoribus intruduntur.

Xiphia pīscis.

Porro summa spectantium uoluptate maio, & iunio mensibus Thunni à Gaditanis non longē ab Herculeo frētu ca- piuntur, ad quam pīscationem uniuersus concurrunt populus, maximo clamore, tympanorum sonitu, ac bellicis pulue- re, & igne concrepitantibus terriculamentis. Hēc enim eorum capturam faciliorem reddunt: quandoquidem stoli- di cūm sint, uocibus, & strepiti territi, concitantur ad uada: quo in loco postea gregatim retibus capiuntur, maxi- moq; omnium planu trabuntur in litus. Thunni diuersa fortūntur nomina: namque primus thunnorum fētus ab ip- so statim ouo Cordilla dicitur, qui mox in Limarijs euadit: ex limarijs autem adolescentibus Pelamides sunt, sic à luto dicti: cūm uero hē pedalem excessere mensuram, in Thunios abeunt. Atheneus hos diu uiuere ait, & in pr̄e- grandes euadere pīces. Sed huic opinioni uidetur aduersari Aristoteles, cūm assueret, eos biennio uitam finire. A- nimal est paruum (ut scribit Plinius) scorpionis effigie. Hoc ardente fīrio sūb pīna affigit aculeo, tantoq; infestat dolore, ut in naues exilant: quo tempore, ut maxime noxiū damnantur in cibis. Ceterum thunnorum uentre, quō in cibatu ori gratiōes habentur, eō magis uentriculo nocent: contrā eorum carnes, que omni prorsus pinguedine carent, et si non tantam cum palato incant gratiam; minorem tamen uentriculo infirunt noxam. Quanquam hūiuse- modi pīces, qui in cetaceorum genere recensentur (ut Galenus est auctor lib. 111. de alimentorum facultatibus) du- ra carne sunt pr̄editi: quam ob causam & praui sunt succi, & excrementum pr̄ebent alimentum. Quapropter sa- le macerata plerunque eduntur, quod inde almonia tenuior facta ex ip̄sīs in corpus distribuatur: ob idq; sit coctioni, & sanguini faciendo accommodatior. Nam recens horum caro ni admodum probē concoquatur, magnam crudorum succorum copiam in uenīs congerit. Pīscis, qui Grēcīs θύνος, Latinis item Thunnus uocatur: Arabib⁹s, Kefam, & Alienā: Ital⁹s, Tonno: Hispanis, Atuni: Gallis, Thun.

Thunnorū in
cibis facultas.

Nomina.

Γαρύν. GARVM.

C.A.P. XXXI.

G A R V M omne, quod ex pīscibus, carnibusque sale maceratis liquamen est, si ex eo fōtus fiat, depaſcentia ulcera ſiftit. Morsus à cane medetur. dysentericis, atque iſchiadicis infunditur: nonnul- lis, vt exulcerata adurat: alijs autem ad laceſſenda, quāx ulcera non ſenferunt.

Ζωμὸς ἰχθύων. IV S P I S C I V M.

C.A.P. XXXII.


R E C E N T I V M pīscium ius, modō per ſe, modō ex uino potum, alium subducit. Priuatim ad hunc uſum conficitur è phycidibus, & ſcorpionibus, & iulide, è percis, & recentibus alijs faxati- libus, nec uirus resipientibus, ſimpliciter cum aqua, oleo, & anetho.

GARVM

G A R V M dictum esse à veteribus tradidit Plinius lib. XXXI. cap. VII. quod olim conficeretur ex pisco, quem **Gari** confide-
Greco uocabant, intestinis illius sale maceratis, ac aliquatis. Quod item postea è scombri extis confici cœ-
ptum est. Fuit olim Garum complurium ciborum condimentum, adeo ut nullus ferre liquor, qui ad gula luxum ma-
gis præstaret, ab antiquis fuerit excogitus. Veruntamen de hoc non intellexit Dioscorides; sed generatim de o-
mni piscium, & carnium muria, qua hec diutius asseruari solent. Ceterum de piscium iure non est cur pluribus as-
gam, cum satis ab ipso auctore de eo proditum sit. Quod Greco γάρον, Latini similiter Garum dicunt: Ara-
bes, Muri, siue Almuri: Itali, Garo, & Salamuia. Quod uero Græcis ζωμὸς ἡχύων, Latinis Ius piscium di-
citur: Italī, Brodo de pesci.

10 Kóρες κλιπότοι. CIMICES LECTVLARII. CAP. XXXIII.


CIMICES, qui in cubilibus enascuntur, cauis fabarum inclusi, si ante febrium significationes
septeni deuorentur, quartanis auxilio sunt: & citra fabas sumpti, percussis ab aspide prossunt: vulua-
rum examinationes olfactu reuocant. Poti cum uino aut aceto, adhærentes sanguisugas abigunt: tri-
ti, & urinariæ fistulæ impositi, urinæ angustias leuant.



INTER omnes nocturnos hostes, qui nobis dulcem somni quietem intercipiunt, nulli quidem nocentiores, infec-
tioresq; habentur, quam Cimices: quippe qui non solum morsu dilacerent, quo & somnum interturbant, & san-
guinem nobis admunt; sed etiam foetorem adeo detestabilem, abominandumq; nobis ex se relinquunt, ut eo longe
magis sensus, spiritusq; ledantur, quam uniuersæ corporis partes, que ab ijs fuerint iste. Ceterum tametsi infestis-
simia, foetidissimaq; sint animalia; noluit tamen eos genuisse natura omnium rerum parens, quin suam haberet in
medicina usum. Utuntur ijs recentiores quidam ad ciendam urinam, uiuis in penis organum immisitis, non autem mor-
tuis, & tritis, Dioscoridis modo. Quod mihi magis consentaneum esse uidetur: siquidem in meatum urinarium indi-
ti, ingressu titillationem excitant, & urinæ uim expultricem proritant. Sunt & sylvestres Cimices, qui ex herbis
uictum, & locum habent, lectularijs maiores, colore viridi, & que ac illi foetidi. Sed hi nullum, quod sciam, obtinent
in medicina usum. Cimices ita Latinis, οὐοῖς Græcis appellantur: Italis, Cimici: Germanis, Vuantzen: Hispā-
nias, Chisnes, Chimesas, & Parauelbos: Gallis, Puneses.

40 Ovo. MILLEPEDAE. CAP. XXXIV.

MILLEPEDAE, quæ sub aquario uase stabulantur, animalia sunt multis pedibus nitentia, quæ
contacta manu contrahuntur in orbem. Hæ ex uino potæ difficii urinæ, & regio morbo auxilian-
tur. Millepedæ cum melle anginis utiliter illinuntur. tritæ, & in cortice mali punici calfactæ, dolo-
ribus aurium, addito rosaceo, conuenienter instillantur.



MILLEPEDAE, quas uulgò appellamus Porceletti, animalia sunt exigua, & omnibus uulgaria. Proin-
de non oper. pretium duxi, ut plura de eis in præsentia referam, quam tradiderit Dioscorides. Ceterum animalcula-
f la Millepedarū usus.

Ia hæc Galeno commendata sunt libro 11. de compositione medicamentorum secundum locos ad diuturnos capitis dolores, ubi sic inquit. Maximè etiam profunt sub aquario uase nascentes aselli, millepedæ appellati, si oleo incoquantur. Quæ mobrem nesciuierim, cur dixerit Plinius lib. xxi. cap. ultimo, Millepedam animal esse e uermibus terra pilosum, multis pedibus arcuatim repens. Animalia, que Græcæ orot, Latinæ Millepedæ, Aselli, & Multipedæ uocantur: Arabicæ, Harna: Italicæ, Millepedi: Germanicæ, Esel: Hispanicæ, Gallmilha: Gallicæ, Cloporte.

ΣΙΛΦΙ. BLATTA.

CAP. XXXV.

BLATTÆ eius, quæ in pistrinis inuenitur, interanea trita, aut cum oleo decocta, aurium dolores instillatu mitigant.

Blattarum cōfederatio.

BLATTARVM plura esse genera, auctor est Plinius lib. xxi. cap. ultimo. Verum hæc, quarum in Hertruria aliquibus locis ingens est multitudo, & que vulgo uocantur Platole, noctu magis, quam interdiu in cellis tunarijs apparentes circa latrinarum ora, in pistrinis, balneis, uliginosisq; ædium partibus, feedissima quidem, naufragiaq; sunt animalia. Gryllos hæc, qui noctibus aestate strident, quadam tenor referunt: planiores tamen, cruribus extiannum tenuioribus araneorum modo: proinde fugæ citissime. Lux istis aduersissima, ita ut, si nocte lumen repente inferatur humentibus locis, in quibus degunt, celerrimo cursu refugiant. De his igitur, utpote quæ multum in pistrinis uersantur, intellexisse Diſcoridem credendum est: non autem de illis uermiculorum modo oblongis, quæ in apum alucarijs, & in carnibus diu sale inueteratis enascuntur: quanquam & hæc Blatta nomen sibi uendicauerint. Nobis hæc uocantur vulgo Barbeggie, alijs uero Carpe. Blattarum uires, quas pluribus Plinius conscripsit, silencio inuoluimus, rati gravioribus, salubrioribusq; remedijis morbos posse sanari, quam ijs, qui à tam fœtidis, atq; exerandis sumuntur animalibus. Que Græcis σιλφι, Latinis, pariter & Italis Blatta nominatur; Germanis, Grilalen, & Heymichen: Hispanis, Rapa coua.

Πνεύμωνθαλάσσιος. PVLMO MARINVS.

CAP. XXXVI.

PODAGRAS, pernionesque emendat pulmo marinus recens, tritus, & illitus.

Pulmonis marini confid.

PULMONES marini animalium pulmonibus non absimiles habentur. His (ut Plinius est auctor libro ix. cap. xlvi.) eadem que frutici inest natura, perinde ac spongeis, urticis, stellis, & olothryis. Conspicuntur marini pulmones plerunque undis supernatantes, futuram maris procellam praesagientes. Mirum, quod si ijs uirge baculiq; perungantur, nocte facium accensarum modo lucem edunt. Πνεύμωνθαλάσσιος ita Græcis, Latinis uero Pulmo marinus appellatur: Italis, Polmone marino: Hispanis, Natura de uicia, & Capacha de uelha.

Nomina.

Πνεύμones. PULMONES.

CAP. XXXVII.

S V I L L V S, & agninus, vrsinusque pulmo impositu, attritus à calceamentis contractos, ab inflammatione tuerit. Vulpinus uero si arefactus bibatur, suspiriosos adiuuat. Adeps quoque liquefactus, infususque aurium dolores finit.

Vana de ursæ
partu opinio.

M V L T A præterea sunt horum animalium membra, de pulmonibus quorum differit Diſcorides, que medicamentum uim possident, de quibus postea speciatim suis locis dicetur. Verum cum hæc animalia nemini non sint cognita, non opus esse existimo, ut de ijs plura dicamus. Quanquam illud silentio non disimulandum, quod scilicet Ursa rum partus non sit plurimis membris indiscretus, cruribus presentum, & undique rudis, ac informis: nec quod parentis linclu formam tandem recipiat ursinam, ut nonnulli scriptis commendarunt, & credit uulgas. Quandoquidem in ualle Anania supra Tridentum uidimus nos prægrandem Ursam prægnantem, ab ipsi uenatoribus exenteratam, cuius catuli adhuc in utero existentes, omnibus suis membris distinctis, ac formatis reperti sunt, non autem in formes,

formes, ut plerique existimant, magis fortasse Aristotelis, & Plinius auctoritatibus freti, qui ita esse memoriae prodiderunt, quam sensibus, & experientia. Τεῦμοντες Græcè, Pulmones Latinè dicuntur: Arabice, Rich, & Richche: Italicè, Polmoni: Hispanicè, Leuianos: Gallicè, Polmon.

Nomina.

H'watu. IOCINERA. CAP. XXXVIII.

A S I N I I E C V R inassatum esu comitialibus prodest: veruntamen ieunis edendum præcipitur. Capræ uero inassati decidua lanie, inungi lusciosos prodest: & dum coquitur, apertos oculos halitu eius vaporari. prodest in cibo tostum ad eadem. Tradunt hircini iocineris cibo co-mitiales deprehendi. Aprinum recens si arefactum teratur, ex uino potum, contra serpentium, & uolucrumque morsus auxilio est. Iecur canis, qui rabie exagitatur, tostum, & in cibo ab emor-fis sumptum, ne tententur metu aquæ tueri creditur. Utuntur autem ad arcendos aquæ pauores den-te eo, qui caninus dicitur. hunc à cane, qui momordit, exemptum, & folliculo inditum, pro amule-to brachio adnectunt. Inueteratum autem sale mergi iecur, ex hydromelite binis ligulis potum, secundas pellit.



P R A E T E R Afini, Capre, Hirci, Apri, rabidi Canis, & Mergi iecur, est & Lupinum, quo utuntur medico-rum nonnulli, qui primas tenent in universa Italia. Siccant enim lupinum iecur, mox in puluerem conterunt, & tan-quam præcipuum medicamentum ijs exhibent, qui iocinerossi afficiuntur fluxionibus: ijsq; similiter, qui aqua inter-tutem laborant. Quanquam id probare non uideatur Galenus lib. x. simplicium medicamentorum, sic inquiens. Iecur lupinum sèpem numero in medicamentum indidi hepaticum, quod ex eupatoria conficitur; nec tamen quod me-moria dignum sit, amplius præstare comperti, ad illud uidelicet comparans, quod sine ipso componitur. Secus au-tem Galenus de iecore lupino scripsit postea lib. & cap. viii. de compositione medicamentorum secundum locos, ubi iecinoris medicamenta recenset, cùm sic inquit. Cochlearum terrestrium carnem ualde probé terito, & affusis uini nigri cyathis tribus calfacito, ac bibendum dato. Videntur autem hec iuxta totam substantiam efficacia esse, nō secundum unam aut alteram qualitatem. Quale est & Lupinum hepar, cuius abunde experimentum habemus. Usus autem ipsius constans cochleis est. teritur enim exacte hepar lupinum, & datur drachma una cum uino aliquo dul-ci, qualia sunt theræum Creticum, & scybelites, ac dulce protropum. Benigna enim hec sunt uisceri, ipsum nutri-re potentia, & media iuxta calidi & frigidi oppositionem: & ob id talia pharmaca omnibus intemperaturis conue-nire uidentur, ut que ex substantie proprietate commoditatem de se exhibent, & neq; calidas, neq; frigidas intem-peries lèdant. hactenus Galenus. Ceterum idem in simplicium medicamentorum censu, libro paulò ante citato, Canis rabidi iecur non ijs præstare uiribus, quibus aliquorum fert opinio, scriptum reliquit his uerbis. Iecur rabidi-tis canis, si assūm edatur, remedium existere ijs, qui ab ipso fuerint demoristi quibusdam memorie est proditum. Ac Canis rabidi.

scio certe quosdam, qui ipsum sumpsero, mansisse superstites, uerum non illo solo. Siquidem alijs præterea remedijs usi sunt, quorum fecimus periculum in rabiosorum morsibus. Audiui uero quosdam, cùm illi soli fidem habuisserent, postea mortuos. De iecore Mergi in aqua degentis, tametsi Galenus nihil literis mandauerit; Paulus tamen id rerum calculos ejcere tradidit. Dioscorides uero secundas, non autem calculos pellere protulit. Quo fit, ut Pauli codicem deprauatum esse crediderim. At uenris quidem Mergi meminit Galenus citato loco, corum opinionem ut uanam explodens, qui uentriculo roborando ipsum exhibent. Eosq; item deridet medicos, qui ad idem usurpant internas uentricularum gallinarum tunicas: siquidem ait, se utrumque expertum fuisse, nec inde quicquam consecutum emolumenti. Quod tamen cùm ignorant recentiorum quidam, cùm seplastarijs ad uentriculum roborandum ali- quid præcipiunt, nihil frequentius habent in ore, quam illud, Recipe stomachi gallinarum, longè magis uulgum, quam Galeni dogmata secuti: quanquam in hoc Galenus sua experientia fretus, aperte Dioscoridi refragetur.

Quod Græci Τεῦμοντες, Latini item hepar, & iecur vocant: Mauritanii, Bedib: Itali, Fegato: Germani, Leber: Hispani, Figado.

Iocineris lupi
consideratio.

Mergi iecur,
& uenter.

[†] Sunt quib[us] loco non πτηνῶν, quod est uolucrum, legant; sed κτύνων, id est, quadrupedum, priore tantum mutata litera. Certè facilis hic fuit librariorum lapsus: tamen quæ sit uera Dioscoridis scriptura, non facile intellexi potest, cùm Plinio aucts etiam dentatæ prodantur.

Aἰδοῖον ἐλάφου. GENITALE CERVI.

CAP. XXXIX.

GENITALE cerui tritum, & in uino potum, à uipera demorsis auxiliatur.

Genitalis cerui vires.

R A S I S auctor est, Genitale cerui, præter uim, quam sibi natura comparauit contra uiperarum morsus, ut etiā scribit Dioscorides⁴, auxilio esse remor antibus urinis, ac coli cruciatibus affectis, si ubi aqua probé fuerit elotum, ipsa statim ablutionis bibatur aqua. Aliud in puluerem tritum, & ijs medicamentis inductione, quæ uenerem excitant, ea uia=

Nomina. lentiōra efficere. Quin et dysentericis mederi magno successu à nonnullis expertum est. Quod αἰδοῖον ἐλάφου Græci, Genitale cerui Latini dicunt: Itali, Verga del ceruo.

Οὐυχεσ ὄνου, καὶ λιγύος. VNGVLAE ASINI, ET CAPRAE.

C A P. X L.

V N G V L A R V M asini cinis per dies multos binis cochlearibus potus, proditur comitiales adiuuare. cædem oleo subactæ strumas discutiunt: & illitæ pernionibus medentur. Caprinarum cincere perunctæ ex aceto alopecia sanantur.



Vngularum vires.

N O N solum Asini, & Caprarum ungulæ in medicum uenient usum; sed & Vaccarum ex prioribus tantum pe= dibus exutæ, ut auctor est Rasis libello de l. x. animalibus. Siquidem harum combustarum cinerem potum, nutritibus laetis copiam præbere existimat, Mularum uero mulieres infecundas reddere. Quinetiam mures carum suffitu fu=

Nomina. gari, ipsis carbonibus impositis, & accensis. Eartum nomen Græcum οὐυχεσ, Latinum Vngues, & Vngula: Ara= bicum, Chafit, Stes, & Dalef: Italicum, Vngbie: Hispanicum, Vnhas de animal: Gallicum, Ongle.

Λεχῆνες ἵππων. LICHENES EQVORVM.

CAP. X LI.

L I C H E N E S sunt in equorum genibus, & super ungulas indurati calli. qui triti, & in aceto poti, comitialiibus mederi traduntur.



De